

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Perseuerancia c  
cum uariis

Absque perseuerancia nec qui pugnat uictoriam, nec palmam uictor consequitur. Nutrix est ad meritum, mediatrix ad premium, soror paciencie, constancie filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimatis uinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseueranciam nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola est cui eternitas redditur, uel potius que eternitati hominem reddit, dicente Domino: Qui perseuerauerit usque in finem et cetera.

Bernardus epistola CXXIX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

consequitur] uigor uirium uirtutum consumatio est *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; soror] est *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; tolle] tollo L<sup>2</sup>; sola est...domino] denique non qui inceperit sed V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in] ad V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; et cetera] hic saluus erit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Bernardus] in *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; CXXIX.] CXXXIX. P, capitulo XXXIX. V<sup>1</sup>